

sín málöfni oll á hans dóm letom ver thá thetta alt vera æfter vilia kongs af Danmörk och vikom æftir och vildom æighi thessa mænn hafa sidan í hiá oss och hugdunst med thesso och allu adru til thægja at ver och thegnar varer möttom frid och nadhir hafa. kom sidan en su skipan á millom vor och kongs af Danmörk at sætt och æfinlegar fridr var gær och stadfastliga sættir millum rikianna. var thæssi fridr och öll annur dagthingan æigi bæter halldinn vidr oss ænn thegar efter lett konghr af Danmörk tilfara och taka nidrbrióta och brenna hús vart hialm thvert moti thvi sem ádr var mælt och dagthingat var i millum. En suma huæria kaupmenn norröna tha sem til Danmarkar varo siglder let han upphalda och af thæim taka that godz sæm thæir haffdo mæd at fara och sialfa thá imisliga illa handla thá sæm æighi gato undan komist och thví kennunz vær thar vidr at vær erom konghinom af Danmörk ænghan lut skyldhughir at halda af thæirri dagthingan och gerom ver allum mannom kunnugt at æfter rádi hertogha Eriks af Sviárikí Mágsæfnis vars biskupa varra och annara rádgiáfa thá hafum vær thægit herra græifan Jacob franda varn hinn kærasta och herra petr Jacobson och börn thæirra och allra annara dugandi manna börn thæirra sæm af Danmörk varo til var komnir. och suæina thæirra alla thá sæm med thæim æro och allan thæirra varnad i gudz valld och vara hægnð och konglegt traust til allra rættra mála. fullkomliga fyrir biódandi huærum manni thæim at misthyrma i nokoram lut ædr hindra tha ædr thalma afloghliga. nema sá er that gerir vili sætta af oss ræidi och ræfingom och hinom hardastom afarkostom sua at adrom skal til vidrsiónar verda at misthirma frændom varom och thæim adrum sæm vær hafum sua sæmiliga i vara hægnad tækit. man och that gudi kunningt vera och hinum bædstu mannom í ríkino ær sannindi vilia umsæigia. at ófridr thæster oc ónádír sæm værit hæfir ofrídír var byriader och upphafdr í ómegd ockara bródra nu thó at sumir favitrir mæn thali thar ymisliga um thæir sæm thar vito æigi suá liósliga skilá. Thetta bref var giórt i Nidarósi kross messo aftan um varit á VIII ári ríkis vars. och insiglat siálfum oss hiá værandom æn Ivar klærkr ritadi.

1547.

1307 d. 6 Maj.

Motorp.

Hertigarne ERIKS och WALDEMARS förening med Grefve Christopher af Halland och Samsö,
om inbördes vänskap och understöd.

L. f. 82.

In nomine domini Amen. Anno a nativitate ejusdem M. CCC. VII. sabato proximo post ascensionem domini, cum magnifico principe domino Chri-

stoforo, Dei gracia ducis Hallandie et Samsøy. Nos ERICUS et WALDEMARUS eadem gracia Duces Sveorum apud curiam Mothorp placitationes compromissimus et concordavimus unanimiter in hunc modum. Imprimis videlicet, quod quilibet nostrum alterius iuvamine quamdiu vixerit, efficaciter debet congaudere, et inter ipsum dominum ducem Christoforum et nos amicitia stabilis, sincere caritatis unio et vera concordia a modo debet esse semper affectibus duratura. Singule quoque discordie, controversie, si que inter nos hactenus suborte fuerant, extirpate de cætero debent esse et penitus suffocate. Nos itaque Ericus et Waldemarus promittimus quod, ipsi domino duci Christoforo et suis liberis, fideliter assistemus, adjuvantes eundem contra dominum regem Dacie fratrem suum, in dextrariis quadringentis specialiter eidem domino duci Christoforo et nulli alii, ad coronam regni Dacie obtinendam auxilia toto conamine porrigentes. Item promittimus quod placitationes seu treugas cum prædicto, Rege Dacie sine consensu ipsius domini Ducis nullatenus ineamus, nec in aliquo sine isto concordabimus cum eodem. Præterea in Scania vel in aliis locis sibi aptis, ubi commode poterimus, ipsum dominum Ducem secundum consilium nostrum sum super castris adjuvabimus construendis. Item in inchoacione guerre mouende, quamcunque terram Dacie scilicet Scaniem vel aliquam aliam ibidem sitam intraverimus devastando vel incendium faciendo, nos ipsi nobis et nostris de eadem terra, donec domino Christoforo subjugata fuerit, providebimus in Expensis. Si vero aliqua terrarum Dacie præfato domino duci fide digne adhærere voluerit, ipse dominus dux postea nobis et nostris sequacibus in expensarum necessariis prævidebit. Item si ad bellum publicum devenire contigerit, et in eodem bello de nostris adversariis aliquos captivari, quilibet nostrorum prædictorum secundum pluralitatem personarum, quas habet, participet de eisdem; similiter etiam de castris intelligatur, si per nos aliqua devicta fuerint, capti in eisdem castris participentur, sicut prius. Item inchoacione guerre eidem domino Christoforo trecentas marchas puri argenti committere nos oportet. Præterea si prædictum ducem Hallandie de castris suis et aliis bonis in Dacia sitis, quod Deus avertat proscribi contingat, ad terras regni nostri et castra in possessione nostra et dominio existencia dummodo sufficienter caveatur ne dolus nobis aliquatenus intendatur, liberum accessum habeat, fraude qualibet procul mota, eidem domino duci Christoforo castrum Lothosiæ vel Engellis specialiter assignantes, una cum mille marchis denariorum monetæ Svecie infra duodecim septimanas a die, qua idem castrum receperit integraliter persolvendis, quos etiam redditus liberis suis et servientibus promittimus, si ipsi domino duci, quod absit, humanitus quid contingat, exulando, quousque eis in Dacia bona sua procurare poterimus rehabenda placitando. Item si aliqui de familia ejusdem ingritudinem

swam incurrentes, ad nos venerint, eos libere colligere possumus, et pro eisdem erga dictum ducem placitare, dummodo præfato domino vel suis damnum non inferant vel violenciam aliqualem. Similiter etiam sæpedictus dominus dux Christoforus hominibus nostris, si ita contingat, potest facere vice versa. Si vero aliqui ejusdem domini ducis bona aliqua in dominio nostro habuerint, libertatibus super iis sicut famuli nostri omnino debent congaudere: Et si aliquis bona eorum vel ipsos infestaverit, eisdem in omnibus adstabimus sicut nostris, ut secundum leges patrie se defendant, si vero castra prædicti ducis ab inimicis suis obsessa fuerint, ad expellendum eosdem cum festinatione sibi, si quo modo poterimus, juvamina impendemus. Promittimus insuper quod nos ambo dicte guerre inchoande personaliter interesse debemus vel ad minus alter nostrum præsens erit, si forte alium casu contingat aliquo impediri, Insuper si aliqui in Dacia habitantes pro se et bonis suis, ne devastentur vel comburantur, placitare attemptaverint et compositionem facere, quæ vulgariter dicitur Thingæ argentum vel pecuniam aut alias res exhibentes, ista omnia domino Christoforo debent specialiter pertinere. Item omnia castra quæ in Dacia per auxilium nostrum devicta fuerint, eadem cum omnibus suis pertinenciis et terra, in qua sita sunt, prædicto duci Christoforo cedant perpetuo possidenda. Et nunquam de guerra inter ipsum et fratrem suum Regem Dacie mota cessabimus nec aliquali-ter desistemus antequam ipse Christophorus propositum suum in Dacia compleverit pro sue lubitu voluntatis. Si vero eidem domino Duci per juvamina nostra in eadem Dacia plura bona quam nunc habet augmentata fuerint, de eisdem bonis nobis eciam in pluribus juvaminibus quam prius providebit. Et si propria industria, sine nobis, sibi aliqua subjugaverit, de illis nobis astabit quantum sibi placet, ad hoc autem quod omnia supra scripta sint firmiter et irrefragabiliter observanda. Nos Ericus et Waldemarus unacum duodecim militibus nostris videlicet dominis Aberno Sixsteins Philippo Ulfsson Guthmarno Magnosson Kanuto Jonsson Falcone Jonson Petro Rogwallsson Philippo Ingwallsson Benedicto Hafridarson Benedicto Algautsson Lydan de Kyrnæ. Yvaro de Kyrnæ. et Yvaro de Sandbergh. ac viginti quatuor armigeris nostris sub sententia excommunicationis domini Pape firmiter promittimus, fide super iis prestita corporali ita quod si nos promissiones infringerimus supradictas per nullum nisi per ipsum dominum Papam absolvemur, nec eciam per ipsum nisi reconciliacionem prius fecerimus cum domino Christophoro prius dicto. Item si promissa predicta non servabimus prefati milites nostri vel armigeri, a servicio nostro et familia omnino fugiant et discedant vel eciam concordiam inter nos promoveant prius scriptam stabiliter observandam aut eciam ipsi milites et armigeri excommunicationi

cioni subiaceant supradicte. In cujus rei testimonium sigilla nostra unacum sigillis eorundem militum presentibus sunt appensa. Datum Anno die et loco supradictis.

1548.

1307 d. 12 Maj.

Sko.

Hertigarne ERIKS och WALDEMARS Gåfvobref till Skokloster på en qvarn, som Konung Birger låtit uppföra i den bemälte kloster tillhöriga Aspviks ström i Näs socken.

(D. 7: 480 *).

ERICUS et WALDEMARUS dei Gratia duces Sweorum omnibus ad quos præsentibus litteræ pervenerint salutem in domino sempiternam. Tenore præsentium constare volumus omnibus evidenter, quod nos, molendinum, quod Magnus Princeps frater noster dominus Birgerus dei Gratia Sveorum Gothorumque Rex illustris torrente in Aspvik parochiæ Næs, apud Almarnir, monasterio Sko rite et legaliter pertinente, ædificari et construi fecit, et pro tempore ex consensu et benevolentia dominæ Abbatissæ et conventus ejusdem ad usus suos tenuit, eidem dominæ Abbatissæ in Sko et conventui suo damus et tradimus pleno jure et possessionis ac proprietatis dominio in perpetuum possidendum. Datum Sko Anno domini. M.CCC.VII. Nerei et Achillei Martyrum.

1549

1307 d. 16 Maj.

PRIORIS och BRÖDERNAS i Eskilstuna tillkännagifvande, att de erhållit Fors kyrka af Biskop Ysars enskilda ynnest; hvarföre det allt framgent som förut tillhör Biskopen i Strengnäs, att tillsätta någon af Bröderna, som finnes dertill skicklig, till föreståndare för densamma och att denne bör erlægga Biskopstionde, likasom andra kyrkoherdar inom Stiftet; likaledes, att bemälde Biskop tillåtit dem hafva en lekman till Prior, enär han har någon andlig man till substitut.

A. 3. 1.

Omnibus presentes litteras inspecturis, PRIOR et FRATRES in Eskilstunum, salutem in domino sempiternam, Tenore presentium recognoscimus nos, ecclesiam, Fors, Strængiænensis diocesis, a venerabili patre et domino domino ysaro dei gracia Episcopo strængiænensi, recepisse. et habere de gracia speciali, Ita, quod sicut dominus Azerus, confrater noster in eadem

*) Derstädes efter originalet afskrifvet.

Sv. Diplom. II.